



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Declaratio 23 ca. inte[n]de[n]s a[u]t[em] in co[n]ciliu[m] Pau. ar. 23

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

ad tribunū dicens. Quid acturus es? Quasi dicat. Magno te exposuisti piculo, quā Romani Imperatoris incides irā, si quæ egisti pcepit. Hic enim hō ciuis Romanus est. Accedens autem tribunus dixit. Dic mihi, si ciuis Romanus es? At ille dixit. Etiam. Rñdit tribunus Ego multa summa pecunię ciuilitatem hanc assequutus sum. .i. cum magna eam emi pecunia. Et ait Paulus. Ego autem & natus sum. Non quod Paul⁹ natus sit Romæ, sed quia pater eius Legatis Romanorum honorifice obuiauit, tam reuerenter se & sua eis exhibuit, quod ciuilitatem hanc sibi largiti sunt, pro ipso & pro filijs suis antequam Paulus esset natus. Idque diuina factum est ordinatione pro commodo Pauli, q̄ hanc ciuilitatem allegauit, non quod pro Christo pati & mori paratus non uerit, sed quia humana industria potuit uti ad excutiendum se de hostium manibus, ut amplius fructificaret in mundo. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum erant torturi. Tribunus quoque timuit postquam rescieuit. .i. vere cognouit, inquisitione diligentiore peracta. Quia ciuis Romanus esset, & quia ligasset eum. Timens de hoc apud Romanos accusari. Postera autem die uolens scire diligentius, quæ ex causa accusaretur a iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire, & omne consilium iudæorū, & adducens Paulum, statuit inter illos.

¶ Elucidatio capituli. XXIII. Intendens autem in concilium Paulus.

Articulus uicesimus tertius.

Intendens autem in concilium paulus. .i. iudæorū principes consulesque aspiciens. Lat. Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum antedem, usq̄ in hodiernum diem. Conscientia scōm Thomam non potentiam aut habitum nominat, sed actum. Sicq̄ in vno hoīe est cōscientia vna in gñe, sed multæ in specie, secundum quod homo in varijs actibus virtuosus, diuersas in eis conscientias habet bonas.

IN ACTA APOS. EXEG.

Itaque ait sanctus Apostolus, quod a tempore quoad Christum conuersus est, non fuerit sibi conscius de aliquo mortali peccato, imo in omnibus conscientiam bonam sortitus est, non tamen per hoc asserit se interim venialiter non peccasse, nec ista presumptuose siue vane loquutus est, sed opportune ad gloriam dei veritatisque ostensionem, & aliorum ædificationem. Nam & alibi fassus est. Nihil mihi conscius sum. Sic namque & alij sancti iusticias suas professi leguntur, vt patet de Samuele, Dauid, & Ezechia, in libris Regum, quia & Christus ait. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit assistantibus sibi subditis suis percutere os eius, tamquam organum per quod verba presumptuosa ac blasphema dixisset, & forsitan indignabatur occulte, quod Paulus non exhibuisset sibi maiorem reuerentiã in loquendo, sed solum dixisset, viri fratres. &c. Spiritualiter enim superbi, libenter patres & domini appellantur, & nomina quæ æqualitatem prætendunt abominantur. Tunc Paulus dixit. Percutiet te deus paries dealbate. Secundum Bedam & Rabanum, verbum istud prophetia est, non maledictio. Et in hoc Augustinum sequi videntur. Etenim Beda ait. Non perturbatione animi Paulus commotus hoc dixit, sed vtrique prophetando loquutus est. Qua figura pontificium illud legale quod erat in similitudine parietis dealbati compositum percutiendum esset ac destruendum, cum iam verum sacerdotium Apostolis Evangelium Christi prædicantibus aduenisset, & inde est quod ait, percutiet te deus, non ait percutiat, indicatiuo modo, hoc ipsum futurum significans, non operatiuo maledicens. Vnde in Scholastica historia dicitur. Forte prophetauit Paulus de abolitione sacerdotum Iudæorum dicens, percutiet te deus paries dealbate, quasi dicat. Destruet sacerdotium tuum. Verum his obijci posset, quod si Paulus prophetando hæc protulit, tunc vtrique sensum verborum suorum intellexit.

1. corin. 4.

Matt. 5.

Inielligentia enim est opus in visione, vt Danielis decimo scribitur, nisi omnino improprie dicatur, hæc propheticè protulisse, quomodo Cayphas prophetauit de Christo, quia expedit vnum hominem mori pro populo. *Ioann. 17.*
 Paulus autem in verbis his præfatum sensum propheticum non videtur intellexisse, non enim sciebat, quod vir ille pontifex esset, sicut verba statim sequentia contestantur. Quomodo ergo loquendo ad eum, percutiet te deus, intellexit aut insinuauit pontificium Iudæorum destruendum? Hoc tangendo non reprobando fit dictum. Puto ergo beatum Apostolum, Apostolica aut horitate protulisse zelo iustitiæ, futuram punitionem illius reprobis nunciando, tamquam dicat. Percutiet te, id est, tuam impietatem vindicabit. Denique hoc modo Hieremias & alij sancti frequenter contra aduersarios suos loquuti noscuntur. Videam ait Hieremias ultionem tuam ex eis. Vocando autem pontificem parietem, notat eum fuisse hypocritam, quia & foris æquitatem prætendebat, & intus passionibus pessimis extitit plenus: Iuxta quem etiam modum Christus in Euangelio scribis Pharisæisque ait. Vt vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris pulchra apparent, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. [Et tu sedens in cathedra quasi episcopus] iudicas me secundum legem] vt dicis, quamuis ita non sit, cum lex non dicat innocentem cedendum, Hinc subditur [& contra legem iubes me percuti?] cum in lege dicatur, innocentem non condemnabis. Vel sensus est, secundum legem iudicas me esse blasphemum, & tamen non iubes mihi pœnam infligi blasphemix, quia secundum legem blasphemus sunt extra castra ducendi ac lapidandi. [Tunc qui astabant dixerunt. Summum sacerdotem dei maledicis?] quasi dicant, in hoc præsumptuosissime facis, & contra legem quam te perhibes æmulari, & contra propria verba quibus dixisti te omni bona conscientia cõuersatum. [Dixit autem Paulus. Nesciebam fratres quia princeps esset sacerdotum.] Quasi diceret. Si hoc

*Hiere. 17.**Matt. 23.**Exod. 27.**Daniel. 17.**Deut. 13*

IN ACTA APOS. EXEG.

Rom. 15. sciuissem ad vitandum scandalum pusillorum modera-
 tius essem loquutus, propter eum a quo est omnis po-
 testas, non tamen peccauit verba prædicta loquendo
 Nam æquitate instigante hæc dixit, & in quantū Apo-
 stolus, altioris fuit episcopat⁹ ac dignitatis, q̄ antistit-
 es legalis. Apostoli namque fuerunt primi pontifi-
 ces Euangelicæ legi, & sicut sacerdotium noui testa-
 menti præferendum est sacerdotio veteris legis, et pō-
 teficium istud, illi est pontificio anteponendum. [Scri-
 ptum est enim] Exodi vicesimo secundo. [Princi-
 pem populi tui non maledices] Blande se excusauit
 Apostolus, ne illi in vicia laberentur, Sed pontifex iste
 principatum non habuit super Paulū, nec super quem-
 quam credentium, qui Christi potestati subiecti a le-
 gali dominatione fuerunt erepti. Porro his dictis cer-
 nens Apostolus quod omnes isti de concilio concordēs
 essēt ad faciendū ipetū contra eum, cū tamen inter se plu-
 rimum discordarent, decreuit malam eorum concor-
 diam dissipare, & vtilem inter eos diuisionem conse-
 rere, quemadmodum enim bonorum pax & vnio bo-
 na est, & plurimum vtilis, sic impiorum concordia no-
 cet, præsertim dum bono contrariatur communi, aut
 vnus alteri cooperatur. Itaque sequitur. [Sciens autē
 Paulus, quā pars vna eorum esset] De secta & numero
 [Sæducorū, & altera Phariseorum, exclamauit i con-
 cilio. Viri fratres, ego Pharizæus sum filius Pharizæo-
 rum] non mendose hoc dixit, nam ante conuersionē
philip. 3. secundum Phariseorum religionem sine querela est
 conuersatus. Conuersus vero ad Christum, adhuc
 obseruantias sectæ istius tenebat, pro loco causa & tem-
 pore, quantum Euangelica lex permisit, sicut iam pa-
 tuit. [De spe & resurrectione mortuorum ego iudi-
Matt. 22. cor] id est, a vobis condemnor, quoniam resurrectionē
Luca. 20. ex mortuis prædico, & futuram beatitudinem cre-
Marc. 12. dentibus euangelizo. Et hoc iterum verum est, alle-
 gavitque causam suæ diudicationis in genere, nō i sin-
 gulari. Nō enim dixit, de resurrectione & glorificatiōe
Luca. 20. Chri iudicor: sed de spe & resurrectiōe mortuorum
 quorum & Christus fuerat vnus, cuius resurrectionem

prædicando, iudæorum incurrit offensam. Ex quibus
 elicitur, quod vicissim liceat vti honesta industria, &
 veritatem sapienter velare, vt mala maiora vitentur.
 L. Et cum hæc dixisset facta est dissentio inter Phari-
 sæos & Saducæos, & soluta. Id est, diuisa & disgrega-
 ta. L. multitudo. J. concilij. L. Saducæi enim dicunt non
 esse resurrectionem J. quia & animas hominum asser-
 bant mortales L. neque angelum, neque spiritum J. id
 est, imateriales substantias, in quo eorum maxima ru-
 ditas innotescit, cum & in libris Moyfi toties fiat de
 angelis mentio. L. Pharisei autem vtrumque confi-
 tentur J. videlicet, resurrectionem mortuorum & an-
 gelos. Erant autem inter iudæos tres sectæ. Videli-
 cet Saducæi q. libros Moyfi tantummodo receperunt,
 & Pharisei qui etiam libros prophetarum susceperunt,
 & Essæi, qui fuerunt cæteris religiosiores ac meliores.
 Vnde nec Christum in Euangelio persecuti leguntur.
 L. Factus est autem clamor magnus J. quibusdam vo-
 ciferantibus contra Paulum, & alijs inter se corrixanti-
 bus L. & exurgentes quidam Phariseorum pugnabāt J.
 gladio oris sui pro Paulo contra Saducæos L. dicentes.
 Nihil mali inuenimus in homine isto J. Et hoc verum
 fuit, quamuis non eo mō quo ipsi putabant. L. Quid si
 spiritus ei loquutus est, aut angelus? J. Quasi dicant,
 Non absurdum est hoc, spiritum autē & angelum, vel
 pro eodem accipiunt, vel spiritum pro anima defuncti
 vel pro spiritu dei, quamuis fidē trinitatis non habuerit
 vt apparet. L. Et cum magna dissentio facta esset, ti-
 mens tribunus ne Paulus discerperetur ab eis, iussit mi-
 lites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac de-
 ducere eū in castra J. puta ī turrē custodię captiuorū. L. Se-
 quēti aut nocte astās ei dñs J. Christus q. post fletū con-
 solatiōem infundit L. ait. Cōstans esto J. Qualis fuerit
 visio ista nō dicis, sed puto q. imaginaria fuit atq. ī som-
 no, āgelo in psona Chfi apparēte ac admonēte. L. Sicut
 enim testificatus es de me ī Hierusalē, sic te oportet &
 Romæ testificari J. Hoc enim a diuina prouidentia est
 decretum, icōrco per comparationem ad eam, ne-
 cesse est adimpleri, quamuis in se cōtingēs sit. Tibi quo

Matt. 22.

Matth. 22.

IN ACTA APOS. EXEG.

que & alijs plurimis expediet testificatio seu prædica-
tio tua in Roma. Consequenter Lucas describit quem-
admodum quadraginta circiter Iudæi, voto se astrin-
xerunt, quod nec biberent nec comederent, donec oc-
ciderent Paulum. Ideo consuluerunt pontifici, vt face-
ret eum adduci ad se ad inquirendum de veritate. Et i-
psi in via interficerent eum. Nec est difficultas in textu
L Quod cum audisset filius sororis Pauli. Iputa. L insi-
dias Iustas. L venit & annunciauit Paulo. I Qui per cen-
turionem direxit nepotem suum ad tribunum, vt hæc
insinuaret eidem. Quo facto, tribunus commisit cogna-
ro Pauli ne alicui proderet, quod hæc sibi intimasset.

L Et nunc parati sunt. I Iudæi, suscipere Paulum insidio
se. L expectâtes promissum tuum. I quo eis dixisti, quod
adhuc mitteres eis Paulum ad examinandum. Quemad-
modum vero Beda hic ait, non est sapientia, non est
Prou. 21. prudentia, non est consilium contra dominum. Nam &
supra quamuis Paulus hostias obtulerit, caput raserit,
nudipedalia exercuerit, & Iudæus factus sit, vincula ta-
men quæ prædicta fuerant, non euasit. Et isti quamuis
consilia cogitent, voueant, insidias tendant, seruatur
tamen Paulus, quatenus Romæ sicut dictum erat, Chri-
sto testimonium reddat. Sciendum quoque, quod sicut
iuramentum seruandum non est, si desint comites eius,
veritas, iusticia, atque iudicium seu discretio, ita & de
Zac. 8. voto rite tenendum. L Tribunus ergo conuocatis duo-
bus centurionibus dixit eis. Parate milites ducentos,
vt eant vsq; Cæsaream. I forte pedestres. L & equites
septuaginta, & lancearios ducentos a tertia hora no-
ctis. I incipiendo, tribus scilicet horis iam euolutis, seu
tertia hora post mediam noctem, vel sumitur horarū
istarum distinctio secundum diuersas vigilias noctis
L & iumenta præparate. I videlicet equos seu alia bru-
ta ad ferendos homines apta. L vt imponentes. I mili-
tes. L Paulum. I iumento forte & socios ac discipulos e-
ius alijs iumentis. L saluum cum perducant ad Felicem
præsidentem. I Tot quippe homines pugnatores misit tri-
bunus cum Paulo, ne ei quid fieret a Iudæis. Quod etiā

nocte peregit, vt lateret, & seditio vitaretur. L scribens. L tribunus. L epistolam. L præfidi. L hæc verba continentem. L Claudius Lysias optimo præfidi Felici salutem. L Videtur tribunus iste binomius fuisse. L Virum hunc. L scilicet Paulum. L comprehensum a Iudæis, & interfici incipientem. L tam grauius enim inceperunt eum affligere, quod mors mox secutura videbatur. L eripuit cognito quod Romanus esset. L Quando tribunus eripuit primo Paulum nondum sciebat quod esset Romanus, imo putauit quod esset Aegyptius. Verum tamen ita scribit, quasi tunc id nouisset, ad ornandum tenorem epistolæ, & vt videatur honorare Romanos, apud quos timuit accusari, quod Paulum ciuem Romanum indemnatum ligasset ac flagellari iussisset. L Volensque scire causam quam obiciebant illi. L Iudæi. L deduxi eum in consilium eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum. L videlicet an legalia essent seruanda an Messias venisset, & an Iesus Nazarenus esset Messias. L nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis. Et cum mihi perlatum esset de insidijs quas parauerunt ei, misi eum ad te, denunciatus & accusatoribus. Iesus Iudæis. L vt dicant apud te. Iea quæ sibi obijciunt. L Vale. Milites ergo per noctem duxerunt Paulum in Antipatridem. L Antipatris ciuitas est Palestina nunc diruta, quam Herodes Ascalonita rex Iudææ ex patris sui nomine appellauit. L Cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præfidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cui præses. L dixit: Audiam te cum accusatores tui venerint. Iussitque in prætorium Herodes custodi eum. L Prætorium est domus maiorum, vbi ad tractandum conueniunt. Est enim domus prætorum. i. pceptorum, secundum Bedam. O Felix præses, quam vere felix fuisses, si agnouisses qualis & quantus fuerat iste tibi directus, & manibus tuis ad tempus subiectus, quam humiliter eum suscepisses, quam reuerenter tractasses, sicut Cornelius centurio Petrum. Et nunc quia id non nouisti, neque per Paulum conuertere meruisti, quem tamen pro tua conuersione vicissim orasse nosti.

Act. 16:

Act. 16:

Bedā:

IN ACTA APOS. EXEG.
ambigo, miser potius quam felix fuisti.

¶ Expositio capituli. XXIII. Post
quinque autem dies.

Articulus viceſimusquartus.

Post quinque autem dies descendens princeps sacerdotum Ananias cum senioribus ¶ quibusdam Iudæis ¶ & Tercullo quodam oratore ¶ .i. viro eloquente seu rethore qui esset aduocatus, & verbis ornaret materiam, vt causa eorum rationabilior videretur. Eloquentia enim animum mollit, & ad consentiendum aures inclinat, nisi sapientia audientibus assit atque iusticia ¶ qui adirent præsidem ¶ Felicem, in Casarea ¶ aduersus Paulum. Et citato Paulo cœpit accusare Tercullus dicens. Cum in multa pace agamus p te ¶ .i. valde pacifice tuo viuam⁹ regimine ¶ & multa corrigantur per tuam prouidentiam. ¶ Præsidentis enim est bona conseruare, imo & vicissim in melius commutare, mala corrigere, & collapsa in pristinum reformare ¶ semper ¶ .i. omni tempore quo nobis præfuisi ¶ & vbiq; ¶ in nostra prouincia ¶ suscipimus te optime Felix cum omni ¶ .i. plena ¶ gratiarum actione. ¶ In primis rethor iste iudicis beneuolentiam captat, eumque vehementer commendat, vt blandis alliciatur sermonibus, nec ab eis dissentiat, quos suis beneficijs conspexit adeo gratos. ¶ Ne autem diutius protraham te ¶ .i. ne longiori te proœmio occupem, quamuis multo amplius sis laudandus, nempe cum iudex sis multa habes peragere, nec vacat tibi vacare preludijs ¶ oro breuiter audias me pro tua clementia. ¶ id est, propter tuam pietatem, si non ob merita nostra. ¶ Inuenimus huc hominem pestiferum ¶ id est, animarum infectorem in cathedra pestilentie residentem ¶ & concitantē seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe ¶ auertendo quosdam eoz a lege patrum suoz ad nouam legē. Propter quod inter eos & alios in pristina lege manentes seditio oritur ¶ & authorem seditionis sectæ Nazaræorum ¶ id est, vnum de principalibus prædicatoribus